Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



129

ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis.
& odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem. & diabo
lus stet adextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus. & oratio
eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci. ═ & episcopatum eius
accipiat alter.
Fiant filii eius orphani. & uxor eius uidua.
Nutantes transferantur filii eius & mendicent.
eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam
eius. & diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor. nec sit qui misereatur pu
pillis eius.
Fiant nati eius in interitum. in generatione
una deleatur nomen eius.